

A speciebus americanis corpore minuto, colore, capite fere usque ad angulos posticos fortiter striato, sulco frontali haud impresso atque sculptura thoracis et abdomine laevi distinguendus.

*P. subarmata* Mayr n. sp.

*Miles*: Long. 3,5<sup>mm</sup>. Rufo-testaceus abdomine plus minusve fuscescente; crebre longe pilosus tibiis pilis abstantibus, laevis et nitidus; mandibulae punctis nonnullis, ad basim extus striatae, margine masticatorio acuto, antice bidentato; capitis dimidium anticum longitudinaliter striatum; clypeus laevis in medio absque carina aut carinula brevi longitudinali, margine antico integro; sulcus medianus in fronte et vertice distinctus; caput elongatum, distincte longius quam latius; pronotum cum mesonoto haud sulcato fere absque sutura connexum et vix tuberculatum; metanotum parte basali plana, utrinque haud marginata, postice spinulis duabus brevibus; petioli nodus posticus transverse ovatus.

A speciebus Americae vertice, thorace, petiolo et abdomine laevibus, capite elongato et praecipue metanoti parte basali distinctus.

*Operaria*: Long. 1,7—1,8<sup>mm</sup>. Colore, pilositate et nitore ut in milite, laevis; mandibulae laeves margine masticatorio crenulato antice bidentato; clypeus laevis absque carina; genae laeves rugis nonnullis, frons laevis, caput haud elongatum; pronotum et mesonotum ut in milite, metanotum inerme, solummodo tuberculis duobus minutis; petiolus et abdomen ut in milite.

Corpore laevi et metanoto inermi a speciebus americanis distincta.

### Solenopsis.

*M. globularia* Smith, Cat. B. M. 131.

*M. geminata* F. S. Péz. 423.